Que sunt verba actiua sexti ordinis: que exigunt ntm̃ ante se: & actm̃ post se cum a. vel ab mediante: vt ego audiui hoc a preceptore.

Audit et auscultat auertit sic alienat.
A moueo remouet abigunt intelligit addas.
Accipit & recipit cum diuido separo quero
Eripio sexti sunt ordinis hec sibi quartum
Casum cum sexto poscunt a vel ab mediante

¶ Audio ꝛ auſculto iungũtur etiam datiuo ſoli ꝛ ſignificant obedire ſiuntq; ſequẽtis .i. ſeptimi ordinis ꝛ recipio ſimiliter quando ſignificat promittere.

Audit ꝛ auſcultat iungas quandoq; datiuo
Ordo ſequens docet hoc et ſignant id quod obedit
Sic recipit pro promittit terno ſociatur

¶ Eripio duobus modis conſtruitur. dicimus enim; eripio te malis: ꝛ eripio te a malis et eſt tertij ordinis: vt iſte eripuit tibi filiam tuam.

Eripio quartum caſum vult atq; datiuum
Eripuit michi moꝛs miſero crudelis amicos

¶ De ſeptimo ordine actiuoꝝ.

Que ſũt verba actiua ſeptimi ordinis ꝛ que exigũt nim̃ ante ſe: ꝛ dim̃ poſt ſe ſine aliquo actõ. ſũt tñ q̃ hec putãt magis neutra dici debere: ſed nos pitarũ cẽſemus cũ etiã paſſiua coꝝ reperiãtur: vt ego inuideo tibi: ꝛ tu inuideris a me. Horatius in arte poetica. Ego cur acquirere pecu. ſi poſſum inuideor.

Inuideo recipit auſcultat et imparat audit
Et timet metuo benedico ſic maledico
Interdico tibi dicas et aqua ſimul igni
Pro nocet officio dabit hec tibi ſeptimus ordo
Sunt qui neutra putant tamen hec actiua putamus

¶ De paſſiuis verbis.

Quot ſunt ordines verboꝝ paſſiuoꝝ ꝛ ſeptem ſicut ꝛ actiuoꝝ ꝛ oẽs exigũt ante ſe nominatiuum perſone patientis ꝛ poſt ſe ablatiuum cum a vel ab perſone agentis: vt pueri docentur a preceptore. Caſus enim; qui vltra duos principales ſũt nõ mutantur in paſſiuo: vt doceo te grãmaticam: tu doceris a me grammaticam.

Paſſiuis velut actiuis eſt ſeptuplus ordo
Paſſiuum verbum perſonam vult patientem
In recto poni caſus ſed habebit agentem
Sextus prepoſito mediante docebor ab illo
Hos vltra caſus da quos actiua repoſcunt

¶ De neutris verbis.

Quot ſũt ordines verboꝝ neutroꝝ ꝛ nonẽ. ſubſtãtiuũ ẽſſe ĩpropríe dicat neutrũ qz nõ dr finit in o poſſeſſiuũ: accſitiuũ: trãſitiuũ: effectiuũ; abſolutũ; mpfectũ: neutrũ paſſiuũ: ꝛ neutropaſſiuũ. Que ſũt ẽſſa neutra primi ordinis ꝛ que dñr ſubſtãtiua: vt ſum es eſt qđ per ſe ſubſtat vt ego ſum. Et in iſtm ceteꝛa verba reſoluũtur: vt ego amo idest amans ſum: ꝛ ab eo compoſita: vt abſum aſſum.

Sum ſimul interſum proſum preſum dabis obſum
Aſſum dic abſum deſum coniunge ſuperſum
In ſum neutroꝝum ponuntur in ordine primo

¶ Nota q̃ ſum copulat ẽſſimiles caſus: vt ego ſũ puer. cõſtruitur etiã cũ gtõ: vt hoc pecus eſt melibei cũ dtõ: vt apud Virgiliũ. ſunt michi biſſeptem preſtãs corpore nymphe et ponitur pro habeo cum ablatiuo: vt eſto forti animo cum duobus datiuis; vt moꝛs

est michi cure: sum tibi impedimento. ꝙ cum prepositione in vel sub vel apud: vt sum in foro: sū tecto: apud macellū. Interdū ponit sine casu posteriore: vt de⁹ est. ꝓposita autē iūgunt fere semp dō: vt ego intersum lectioni: illi ineſt virtus: multa michi deſunt.

Sum iungit casus similes poscitq; secundum
Et ternum sextum duplicem quandoq; datiuum
Sed sua composita terno fere sunt sociata
Multa michi deſunt et ineſt tibi maxima virtus

¶ Nota q̄ assum non significat presens sum: vt quidam existimant: nam ad significat apud et quasi prope.

Assum sum presens non signat sed prope q̄ sum
Intersum signat presens dum differo prodeſt.

¶ De neutris secundi ordinis.

Que sunt verba neutra secūdi ordinis: que dicuntur poſſessiua. ꝙ exigunt nomina: tuum ante se ꝙ post se ablatiuum sine prepositione: vt anglus abundat milibus rex affluit diuitijs.

Indiget atq; caret eget affluit addis abundat
Exubero satago memini sunt neutra secundi

¶ Que sunt verba ex his que ꝙ gō iūgūtur: Egeo indigeo ꝙ satago. Therētius. hic satagit rerū suaꝝ. i. anxius ꝙ curiosus est rerum suarꝝ.

Indiget et satagit et eget genito sociantur
Affert ait Retum satagit nunc ille suarum

¶ Memini aliq̄ iūgitur actō. Virg. i. eneid. Forsan ꝙ hec olim meminisse iuuabit. Idē in buco. alteros meminiſti verba tenere: ꝙ tūc ſignificat recordari sc̄z q̄s iūgitur gō vel actō: sed q̄s iūgit ablō ꝙ interdū gō significat mēsionē facere: vt Puscianus nō memi mit de hac re vel huius rei hoc est mēsionē non fecit.

Est memini tactum genito quarto vel recordor
Et poscit [illegible] cum prepoſito precunte

¶ Abūdo ꝙ affluo [illegible] etiā esse acquisitiua vt res oēs abūdāt ꝙ affluunt nobis.

Acquisitiuum dic affluo iungis abundo
Affluo dic rebus dicas michi res et abundant

¶ Careo ꝙ indigeo differunt: quia non indigemus omnibus quibus caremus: vt put caremus multitudine seruorum qua non indigemus: omnibus autem quibus indigemus caremus: quia si non careremus non indigeremus.

Pluribus hic rebus caret at non indiget illis
Sed quibus indigeo cunctis medico carere.

¶ Deficio huius ordinis est: vt ego deficio pecunia. potest tamen esse acquisitiuū tertij ordinis: vt pecunia deficit michi potest quoq; esse actiuum primi ordinis vt inopem deſciunt omnes amici. i. deſerunt.

Deficio rebus dicas michi deficiunt res
Desero deficio cum signat vult sibi quartum

¶ De tertio ordine neutrorꝫ.

Que sunt verba neutra tertij ordinis: que dicuntur acquisitiua ⁊ exigunt nomina
tiuum ante se ⁊ post se datiuum: vt ego seruio tibi.

Seruit ⁊ inseruit fauet aspirat benefecit
Derogo cum detraho studet heret inheret adheret
Obuiat occurro succurro subuenioq;
Prouideo placeo cum displiceo quoq; parco
Proficit indulget optemperet paret obedit
Annuo cum soluo simul abnuo iunge cauere
Obstat ⁊ obsisto simul addas cedo repugno
Cumq; satisfecit incumbo consulo debet
Et vacat atq; sapit his iungitur atq; quiescit

¶ Hereo quot significationes habet. patet per versus.

Heret adherere signans coniungito terno
Heret pro dubitat absolutum tibi constat

¶ Nota q caueo põt esse actiuũ septimi ordinis ⁊ eius passiuũ est caueor: vt caue illũ. põt etiã adiũgi ablõ cũ prepositione: vt caue ab illo. Itẽ cũ dõ: vt caue tibi.

Tres casus caueo quartum regit atq; datiuum
Et sextum cum preposito: capiti caueas tu.
Dic ⁊ ab hoste caue sed ⁊ illum dico caueto.

¶ Item caueo adiũgi põt cũ alio verbo: vt caue cadas. Ubi notãdũ est q cũ negatiõe et sine negatione eadẽ est significatio: vt caue cadas ⁊ caue ne cadas idẽ iũgo.

Signat idem caueo cum ne vel non sibi iuncto.
Ablq; negatiuo quod signat Tu caueas ne
Decideris dic atq; caue cadat illud ab ore

¶ Seruio ⁊ inseruio qualiter differunt: seruire est necessitatis: vt dominus seruit hymnis. Inseruire est voluptatis: vt clytapho inseruit clynie: amicus inseruit amico.

Seruit dic domino: sed dic inseruit amico

¶ Nota q consulo debeo ⁊ sapio interdũ habent accusatiuũ.

Interdum sapio cum debeo consulo quartum
Exposcunt casum: tibi commoda consulit ille
Debeo multa tibi dic hec michi mel sapit esca

¶ Uaco si datiuo fuerit iunctum significat do operã: vt vaco libris: sim ablõ cõtrarii significat: vt vaco curis .i. careo potest etiam absolute poni et tunc significat superfluũ esse vel abundare. interdum significat cõmodum esse ⁊ otium esse. Ouidius. Si vacat hospitio peregrinos Brute libellos accipe.

Si vaco iungatur cum terno tunc operando
Signat si sexto tunc pro caret accipiatur
Absolute vacat positum signat quod abundat

De verbis neutris.

Atq; superfluit & interdum commoda signat
Et vacat annales nostrorum audire laborum

¶ De quarto ordine neutroꝝ.

QUe sunt verba neutra quarti ordinis: que trāsitiua dicunt & erigit ntiā ante se & post se actiū sicut actiua: vt tu aras terrā: & ego sero agrū. pōt etiā addi diuersi vt Virgilius. En quis consecuimus agros. & habent passiua in tertijs personis in vtroq; numero: vt terra aratur a te: et agri seruntur a me. Poete tamen per Prosopopeiam vtūtur etiam alijs personis: vt si terra loquens dicat. Aro.

Dic aro dicq; colo sero semino conserō planto.
Insero poto bibit edo cum comedo quoq; cenat
Decoquit atq; coquit absorbeo digero sorbet
Dilluo iungo luo glomero neo texo retexto
Euoluo voluit inuertit & implico miscet
Explicat impedio frango scindo quoq; findo
Diuidit incido secat amputat edificatq;
Et molo cum pinso contundo pingo terebro
Perfero vello puto meto condio sic tero iungas
Estq; repastino sic vindemio sic inhibere
Nauigo pregusto pitisso ventilo pulso
Traturo neutra quarti sunt ordinis ista.

¶ Sero & confero quot significationes habent.

Semino vel planto signat sero conserō verba
Ordi[illegible]sero series venit hinc serioq;
Et seri[illegible]it signat dic indeq; serta
Floribus intexte variis sunt serta coronne.

¶ Quot significationes habet puto.

Est puto quod reseco puto cogito significabit

¶ Pitisso quid proprie significat. parce vinū gusto & quasi tentandi gratia.

Signat pitisso parce gustare liquorem
Et quasi tentandi causa pitisso falernum

¶ Quot significatoines habet pulso. patet per versus.

Pulso percutio pullauit pectora palmis
Et cano vel laudo signat cytharam bene pulsat
Pro pulso pulto veteres scripsere poete.

¶ Sūt quedā alia neutra huius quarti ordinis: que raro & apud poetas in primis & secundis personis in vsu sunt. in tertijs vero personis frequēs est eoꝝ vsus.

Ternis personis quedam ponuntur eodem

Ut pluo ningo tono sic flumino sicqz coruſco
Grandino ſuppoſitum deus his intellige rectum
Impropꝛie primis perſonis atqz ſecundis
Inuenies tamen hec poni quandoqz poetis
Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis
Virgilius dixit Flaccus pluo verba ſalutis

¶ De quinto ordine neutroꝝ.

Que ſunt verba neutra quinti ordinisque effectiua dicuntur ⁊ exigunt ante ſe nominatiuũ ⁊ poſt ſe ablatiuũ ſine prepoſitione vel accuſatiuũ cum prepoſitione ob aut propter: vt ego caleo igni: vel ob ignẽ: vel propter ignem.

Frigeo cum caleo ſic gaudeo pingueo pallet
Areo ſic vireo tepet albeo nigreo nigres
Floꝛeo cum rubeo tumeo ſic turgeo feruet
Et ſtupet ac hoꝛret ſic mereo ſpondeo callet
Et liquet et pollet ponantur in oꝛdine quinto

¶ Calleo qñ ſigt ducere huius ordinis eſt: ſed ꝓ ſapere quarti ordinis eſt.

Oꝛdinis eſt huius callet cum dureo ſignat
Calleo pꝛo ſapio neutrum quartus tenet oꝛdo
Cui quartum iunges dicenda ſilendaqz calles

¶ Nota ꝙd differſit mereo ſcriptũ cũ diphtõgo ⁊ mereo pura correpta ſine diphtõgo

Mereo quod doleo ſignaqz merere laboꝛo
Pꝛo mercede merent multi ſub rege quirites
Pꝛomereoꝛ mereoꝛ mereo ſic commereoꝛ
Significant eadem ſed pꝛomereoꝛ bona dicit
Commereoꝛqz malum bene demereoꝛqz mereri
Ergo demeritum male pꝛo vicio reperitur

¶ De ſexto ordine neutroꝝ.

Que ſũt ſex neutra ſexti ordinisque abſoluta dicunt ⁊ exigunt ante ſe nullũ poſt ſe aũt nullo indigẽt caſu: vt deus eſt: ego vino ꝛc. poſſit eſſe ablatiuus cũ in vel ſub vel alia hmõi poſitione: vt deus eſt in celo: audei vluunt ſub tributo.

Uiuit et occumbit obeo perit intereoqz
Sto iaceo ſedeo ſurgo remanet quoqz reſto
Dic maneoqz cado ruo nauigo noqz natare
Emergo ſalto ſudat volat atqz laboꝛo
Ludo cunt vigilo titubo labo mico vacillo
Hiſcit hio ſimul euado ſum ponere debes

luberrimus:pauper pauperrimus:a detero verbo deterrimus. Excipiunt dexter dexi mus ꝛ sinister sinistimus.

Cum rectus tenet r poteris rimus addere semper
Excipias dexter quod dat timus atqꝫ siniſter

¶Superlatiua in simus desinentia quō formant ꝛa gtis scōe declinationis addita s ꝛ simus:vt iuſt iuſtiſſim⁹:ꝛ a gtis tertie addita simus:vt locuples locupletis locupletiſſi= mus. Excipiuntur a scōa que sunt anomala bonus optimus:malus peſſimus:magnus maximus:paruus minimus:multus plurimus. Et maturus maturimus vel maturiſſi mus:ꝛ nuperus nuperrimus ꝛ vetus veterrimus.

Suscipit i genitus s ⁊ simus eſtqꝫ suprēmus
Excipias magnus paruus bonus ⁊ malus atqꝫ
Multus maturus cum nuperus his vetus adde
Datqꝫ superlato solum simus is genitiuo

¶In limus quot finiunt ꝛ quinq; cum ſuis compoſitis agillimus gracillimus humi mus ſimillimus facillimus.

Quinqꝫ tenent limus agilis gracilis similiſqꝫ
Et facilis cum compoſitis humilis simul adde

¶In rimus quot superlatiua desinunt ꝛ duo tantum maximus ꝛ proximus. quod voca bulum dum pro cognato accipit ſignificatū habet positiui. Ideoqꝫ a scriptoribus legū sepe cōparatiue pferitur:vt primiores .i. propinquiores cognati.

Proximioꝫ pro cognato sibi proximus addit

¶In timus quot desinūt ꝛ ris a nolbus dextimus ſiniſtimus ꝛ optimus ꝛ derivats ab aduerbijs ſiue prepoſitionibus:antimus vltimus citimus extimus penultiſſimus a pene.

Da gradui ſummo timus his aduerbia que dant.
Dextimus optimus atqꝫ siniſtimus aſſociantur

¶In nimus quot [illegible] desinūt ꝛ vnō nīmus:manimus. Sic ꝛ finimus vnū dūtaxat infimus.

Infimus ⁊ [illegible]mus infra dant ſolaqꝫ paruus

¶In remus quot [illegible] desinūt ꝛ ris postremus extremus qō ꝛ extimus facit suprēmus.

Dant remus supra poſt conjungatur et extra

¶Notādū q cōparatiuus ꝛ ſuplatiuus preter casus ꝓprios etiā poſitiuoꝫ ſuoꝫ regi= men ſeruant:vt ditior es auri. ſimillimus matri. dignuſſimus laude.

Quam vult ſtructuram gradus offerri ſibi primus.
Illam naturam vult quiſqꝫ ſecundus ⁊ imus

¶Cum ſuperlatiuo iungitur quiſqꝫ ꝛ nō omis cū cōparatiuo omnis ꝛ nō quiſqꝫ: cū nomi ne etiam numerali iungitur non omnes ſed quiſqꝫ

Quiſqꝫ ſuperlatis et nominibus numeratis
Jungitur aſt omnis gradui medio bene iungis

¶Qualiter dicēdū eſt latine. All the beſte grāmaryours are abſēte or a way. Optimi ſiue doctiſſimi quiqꝫ grāmatici ſūt abſētes. Euery fourth yere is lepe yere. Quart⁹ q̄ſqꝫ annus biſextilis eſt. Euery tent ſchefe muſt be rytheſt. Decima q̄qꝫ garba eſt decimā da. ꝛc. Nota q̄ nomē ſuplatiuū ſequēs plū gtō caret. Sumēdū eſt ꝓpatiuū illi⁹ ſupla= tiui cū ablō ſingulari nois defectiui ꝛ ſignoy numerali ſibi adiūcto:vt omni alio vino ru beū eſt melius:vel inter oia vina vel genera vini rubeū eſt optimū. ꝛc.

Sume gradum medium pro summo sit tibi delit
Pluralis genitus vt ferro durius omni
Hispanum fertur superat vel dic genus omne.

¶ Nota q quisq caret gō plurali loco cuius singularis gūs sumit: vt in hoc vulgari. All the richest mēnes goodes are taken away. Utilium cuiusq facultates sūt ablate. Optimi cuiusq virtus est laudanda.

¶ Sequitur quarta pars.

Quarta grāmatice pars que est cōstructio siue oro. Quid est cōstructio est debita dispositio partū orōnis in ipsa orone. Quot sūt species cōstructionis? due, intrāsitiua ⁊ trāsitiua. Que est ꝯstructio intrāsitiua reū cōstructibilis ad idē pertinēt vel tāgit ad idē: vt vir fortis coronabit homo est actiuus. Trāsitiua que est in qua cōstructibilis ad diuersa vel tangit ad diuersa pertinent: vt Tullius diligit filium suum. Tullius amat Ciceronem.

Ultima grammatice pars est constructio cuius
Sunt intransitio species tibi transitioq.

¶ Cōstructio trāsitiua in retrāsitiuā ⁊ reciprocā diuidit. retrāsitiua ꝯstructio est ex duobus trāsitiuis ꝯposita qñ redit actus a patiēte in agēte: vt oro deū vt pregat me. Hortatur nos virt⁹ vt eā sequamur. Reciproca ꝯstructio est qñ eadē psona est agēs ⁊ patiens vt dom⁹ humiliat se: maius extollit se. Et dr reciproca quasi retroperica: a reci grece qđ retro significat ⁊ procus petitor. Nā procari est petere, inde procaces.

Transitio binas species habet illa retransit
Hecq reciproca sit quod designat repetita.

¶ Intransitiua diuiditur, nā alia est actuū alia personaꝝ: intransitiua actuū est inter suppositū ⁊ verbum: vt celat pugnat Cicero scribit: intrāsitiua personaꝝ est inter duos substātiuos vel inter determinabile ⁊ determinās: vt filius vulcus Ciceronis oratoris studet bene. De istis speciebus vide plenius in Alberto.

Est intransitio personarum simul actus
Actus sed semper verbi cum supposito sit
Sic personarum cum quod determinat illud
Omnis erat Cicero romane gloria lingue.

¶ Quot modis incipiēdus est rect⁹ ordo ꝯstruēdi? quinq. qb⁹? A vetō casu: a nūō siue suppositō ꝟbi ꝓncipalis. Ab aliquo loco nī vel suppositi qō est infinitus modus cū adiuncto vel adiūctis sibi a ꝟbo impsonali vel illi⁹ obliquo ab ablātō casu absolute posito.

Quinq modis sibi principium constructio sumit
Per quintum primus per rectum sitq secundus
Atq vicem recti modus infinitus habebit
Impersonale verbum Sertusq solutus.

¶ Quot modis impedit rectus ordo ꝯstruēdi? quinq. Quibus interrogatione: vt quē queris. relatione: vt patrē sequit⁹ sua. ples. negatione: vt neminē offendo. infinitone: vt quēcūq osculatus fuero ipse est tenete eum. distributione siue prolepsis constructione: vt litteraꝝ alie sunt vocales alie consonantes.

Impediunt quinq que sit constructio recta

Multaq; preterea veteres communia ponunt
Stipulor aggredior obliuiscor societur
Donatus patior inter communia posuit.

¶ Moror ris. expectare vel expectari. significat etiã retinere aut tardare. vt qñ oblyvi
scẽtes ad te tñ remoraris. i. tñ retinẽs aliqñ etiã capit̃ moror p hereo. i. dubito.

Est moror expecto signat retinereq; tardo
Commoda ne vestra remoror Therentius inquit
Pro dubitoq; moror poni quandoq; videbis.

¶ Aggredior reperitur commune verbum apud Ciceronem.

Aggredior Cicero pro communi dat vt a te
Aggredior donis interrogo dic stipulari.

¶ De verbis deponentibus.

Quot sit ordies fvbor deponentia. Possessiui acquisitiui: trãsitiui: effectiui: abso
lutiui: impfectiui: vetiã. Quae sit fvbo deponẽtis pmi ordis. q̃ possessiua dñr. q exi
gũt tñ aĩ se: q post se gñi vel abiã sine ppõe vt vescor solo pane rex vtit purpura.

Vescitur & fruitur vtor fungorq; potitur
Obliuiscor abutor eis iungas misereri
Atq; recordari sunt deponentia primi
Ordinis & lertum poscunt vel genitiuum.
Da potior genito da quarto da quoq; sexto

¶ Qualiter differunt vti et frui: vti est cum necessitate: vt vtor tuo consilio si illo opus
mihi fuerit. frui est cum delectatione: vt fruor tuo aspectu. idest delectationem q̃ per
cipitatem mihi capio ex tuo aspectu.

Sic distin[illegible]t fruor ac vtor fruor illis.
Delector [illegible]c vtor quibus est opus illis

Qui sunt [illegible] de secundo ordine deponentium.
[illegible]ntis secundi ordinis: que acquisitiua dicuntur et exigunt
[illegible]te se mihi [illegible]e dñi: vt ego auxilior tibi

Est admiculor & suffragor auxiliatur.
Blandior emulor & iniurior opitulatur.
Et minor ac minitor iungas assentor adulor
Aduersor medeor assentior obsequor atq;
Feneror & moderor congratulor insidiari
Gratulor inuitor domino vult ordo secundus

¶ Misereor quidam posuit huius ordinis cum dativo interdum iungatur vt misereo
obis. tamen superius potius ordinis est. q genitivo iungitur.

Jungitur interdum terno casu misereri.
Sed potius genito iungatur teste Marone

All nostri miserere mori me denqz cogis
Hec corydon sic atqz synon miserere laborum
Tantorum miserere animi non digna ferentis

¶ Que est differentia inter misereor eris ⁊ miseror aris. patet per versus.

Est miseror quarto iunctum signat quoqz flere.
Vel lamentari: sed compatior misereri

¶ Nota q medicor aris huius ordinis est sicut ⁊ medeor eris ⁊ iungitur etiam cum accusatiuo. inuenitur etiam medico as.

Sunt medeor medicor terno quarto quoqz iuncta
Virgilius dixit: lenibus medicantur anhelis
Et medico quartus iungi reperitur eodem
Semina vidi equidem multos medicare serentes

¶ Moderor aris iungitur etiam cum accusatiuo: vt imperator moderatur militibus et milites. Therentius. qui ex sua libidine moderatur nos.

Et moderor quarto iungit Therentius affer.
De partibus sic gnatus ait qui nos moderantur

¶ Notandū q minor aris tenus frequentatiuū minitor habet post se datiuum aliqñ etiā accusatiuum: vt tu minaris vel minitaris mortem vel exilium michi.

Accusatiuum minor ac minitor tibi poscunt.
Exilium michi mel mortem rex ipse minatur

¶ Que est differentia inter irasci ⁊ succensere. patet per versus.

Est succensere quod irasci sed ratione.

¶ Emulor dō cōstructū inuideo significat. actō iunctū sequ[illegible]

Emulor inuideo semper coniunge datu[illegible]
Emulor estqz sequi tunc quartum vult[illegible]gi.

¶ De tertio ordine depone[illegible]

Que sunt vba deponēta tertij ordinis: que trāsitiua sunt[illegible] dicūtur ⁊ erigūt nouatiuū ante se ⁊ post se actiū: vt ego sequor imperatorem: ipse quor hostes.

Prosequor atqz sequor ⁊ persequor insequor addas
Aggredior furor adorari tamen populatur
Predor opinatur reor arbitror his sociatur
Percontor fateor vlciscor scicitor addas
Confiteor cum consequor assequor ac adipiscor
Solor consolor sic prestolor operior qz
Contemplor speculor sic emulor ac imitari
Est operor nitor conor dignor sociatur
Dedignor fari l[illegible] ⁊ testor qz pretaris

De verbis deponentibus.

Deprecor ꝛ lucror minorꝙ miror quoꝙ scrutor
Suspicor addatur simul aucupor et meditatur

¶ Aggredior ꝛ adorior in hoc differũt ꝙ aggredi est aperte hostem vel rem aliquã invadere adoriri aũt est de improuiso ꝛ repente ꝛ quasi ex insidijs inuadere.

Denotat aggredior inuadere rem manifeste
Signat idem tamen occulte vox hec adoriri.

¶ Solari ꝛ consolari qualiter differunt patet per versus.

Consolor verbis hinc consolatio fertur
Ast alijs rebus solor solamen ꝛ hinc fit
Interea longum cantu solata laborem:
Arguto conuunx percurrit pectine telas.

¶ Nota ꝙ meditari sigt proprie exercere. vnde meditatio apud rhetores exercitatio appellatur ꝛ habet originem a greco Meleten. quod est meditari.

Exercere tibi proprie signat meditari
A meleten in grece quando mutatur l in d

¶ Nota ꝙ precari est rogare. deprecari vero est precando auertere.

Deprecor auerto vult significare precando
Sepe precor mortem mortem quoꝙ deprecor idem
Ne mea sarmaticum contegat ossa solum

¶ De quarto ordine deponentium.

Quedam verba deponentia quarti ordinis: que effectiua dicuntur ꝛ exigunt ntiũ ante se post se vero ablatiuum sine prepositione: vel actiũ cum ob vel propter: vt ego ferox fui [illegible] iracor tuis verbis.

Iracor [illegible]or dic ac verecundor
Indign[illegible]or lamentor glorior adde
Ordinis [illegible] sunt deponentia quarti.

¶ Qualiter differunt letari ꝛ gaudere: gaudium dũtaxat in animo est: leticia extrinsecus cernitur per gestus oculos ꝛ cetera signa.

Intus gaudemus sed dic letamur ad extra
Letor per gestus oculos ꝛ cetera signa
Gratulo ac semper debes sociare datiuo.

¶ De quinto ordine deponentium.

Que sunt verba deponentia quinti ordinis: que absoluta dicuntur et exigunt nominatiuum ante se ꝛ post se nullo indigent casu: vt ego philosophor.

Philosophor morior expergiscorꝙ iocatur
Rusticor et nugor venor piscor spaciatur
Et vagor et labor peregrinor eis sociatur
Sunt ratiocinor atqꝙ periclitor ordinis huius

Crapulor ⁊ luctor pergrecor iungere debes
Aucupor ⁊ piscor hoc ordine ponere possis

¶ Piscari ⁊ expiscari quomodo differunt piscari ⁊ pisces inquirere. expiscari est pisces piscando capere.

Est expiscari piscando prendere pisces
Piscari pisces inquirere dicitur esse

¶ Ratiocinor significat per rationes demõstrare vel per syllogismos aliquid probare: ratiocinari significat etiam computum facere.

Computo signat item rerum facio rationem
Est ratiocinor interdum ratione probare

¶ De sexto ordine deponentium.

Que sunt deponentia sexti ordinis ⁊ que imperfecta dicuntur exigunt nominatiuũ ante se ⁊ post se obliquum cum aliqua prepositione nisi sint nomia aduerbialiter posita: vt egredior de templo: proficiscor ⁊ domum reuertor domum.

Egredior gradior proficiscitur ingrediturq;
Regredior cum congredior dic atq; reuertor
Castrametor simul altercorq; tumultuor addas
Molior et grassor queror ⁊ lamentor habentur
Ordine sub sexto sextumq; petunt sibi calum

¶ Quomodo differunt gradior eris ⁊ grassor aris. patet per versus.

Est gradior quod eo sed grassor eo malefactum

¶ Nota q; queri est de iniuria cepta verbis cõqueri lamentari est voce querulis tristitiam suam testari.

Lamentor testor iacturam voce querendo
Sed queritur hic conqueritur verbis
Sed queror est verbis querulis male

¶ Que sunt deponentia septimi ordinis ⁊ que passiua dicuntur ⁊ exigunt nũ ante se et post se ablatiuũ cũ prepositione a vel ab: vt tu es ortus a bono patre.

Est orior patior nascor simul atq; recordor
A partior fit perpetior quod possit habere
Quartum cum sexto sic finit septimus ordo.

¶ Quidam ponunt octauo ordine verba vocatiua: vt quo nomine vocaris rogo vocor Thomas. Aptius tamen dicitur quod nomen est tibi mihi nomẽ est thomas vel thome ⁊ tu haberis aut diceris aut appellaris sapiens.

Sunt tamen octauo qui ponunt ordine verba
Quinq; vocatiua sicut dico voco atq;
Nomino appello ⁊ nuncupo aptius isto
[illegible]ndere modo poteris tamen est michi nomen
[illegible] tibi fraterq; iohannes.

De verbis impersonalibus.

¶ De verbis impersonalibus.

Quotuplex est ipsonale duplex. actiue vocis ⁊ passiue vocis quod est ipsonale actiue vocis qđ definit in t. vt tedet. quod est passiue vocis qđ desinit in tur ⁊ derivat a ꝑbis terminātib⁹ in o nō significātib⁹ passionē ⁊ nullū casū regit: vt tur stat legit.

Actiue vocis impersonale quod in t
Terminat vt tedet: passiuum terminat in tur.

¶ Quedam sunt verba impersonalia que in t desinunt ⁊ tamen in significato sunt similia illis que desinunt in tur: vt satisfit benefit malefit quorum preterita sunt satisfactū est: benefactum est male factum est.

Sunt passiua tamen impersonalia quedam
Que fiunt in t malefit benefitq; satisfit.

¶ Notādū q; ꝑposita a facio quotiēs retinēt a in ꝓpositiones hñt passiuū in o: vt fio fis vt calefacio calefio. ⁊ si mutāt a in i faciūt passiuū: vt cōficio conficior.

A facio nata presenti si retinent a
Tunc sibi passiuum fit in o probat hoc calefio
A si vertis in I dult or patiente teneri.
Efficit efficior patefacio dult patefio.

¶ De primo ordine verbor impersonalium.

Quot sūt ordines verbor impsonaliū actiue vocis terminātiū in t q̄nq;. Que sunt primi ordinis qđ exigūt ante se gen ⁊ post se infinitiuū modū. Excipiunt genitiui quinq; duo im mei tui sui nostri ⁊ vestri. Itē genus hui⁹ nois quis que quod scz cuius. loco quor ponunt ablti femenini suor possessivor scz mea tua sua nra ⁊ vra ⁊ cuia.

Impersonale verbum quod desinit in t
Actiue vocis distinguitur ordine quino
Primus habet duo verba refert interfuit addas
Hec duo sunt casus pre se genitiuos
Infimi post se pronomina quinq;
Excipias mestriq; meiq; tuiq;
Atq; sui: quorum vice pone meaq; tuaq;
Atq; sua nostra vestra iungas quoq; cuia

¶ Quot modis potest interesse esse personale. patet per versus.

Inter ⁊ est sepe primum casum petit ante
Tunc personatur ⁊ idem sibi significatur
Intererit nostra res hoc est pertinet ad nos
Esseq; significat presens interfuit actis
Pro distat ponitur ⁊ pro differt reperitur
Intererit multum Dauus ne loquatur an heros.
Ex hinc Londonias intersunt milia plura.

¶ De secundo ordine impersonalium.

Que sunt verba impersonalia scdi ordinis actiuor. que exigunt datiuum ante se & post se infinitiuum: vt michi contingit legere. &c.

Accidit atq placet contingit & euenit addas
Compedit expediet cum conuenit atq libebit
Et licet addatur liquet & patet associatur
Sufficit et constat vacat ordinis ista secundi.

¶ Nota q hec verba & his similia q̃q personalia sunt. vt patet per versus.

Sunt tamen hec verba tibi personalia primum
Calum quando regunt cum terno. Sufficit vni
Una puella viro. veneri non sufficit vnus.

¶ De tertio ordine impersonalium.

Que sũt verba impersonalia tertij ordinis. que exigũt nom̃ ante se: & infinitiuũ post se: vt me iuuat legere: te oportet discere: mulierem decet esse pudicam.

Que sine persona dat tertius ordo notabis
Delectat decet atq iuuat comungis oportet
Infinitiuum post se pre se quoq quartum
Hec poscunt calum sed personalia constant
Delectat decet atq iuuat reperitur oportet
Nunq̃ cum recto decet inuenies q̃ datiuo
Ut nobis decet esse bonis comicos bene terre.

¶ De quarto ordine impersonalium.

Que sũt ꝥba impsonalia quarti ordinis. que hñt ante se act[illegible] & post se infinitiuũ vel geñ persone patientis: vt me penitet pe[illegible]

Ordinis existunt impersonalia quarti
Penitet & tedet miseret pudet et piget i[illegible]
Accusatiuum pre se: post se genitiuum
Aut infinitum poscunt. me penitet horum

¶ Miserescat enã reperit huius ordinis: vt Therentius. Atq inopis te miserescit mei. & Virg. his lachrymis vitam damus & miserescimus vltro.

Inuenies rectum miserescit in ordine quarto
Teq mei miserescat ait Therentius auctor.

¶ Pudet etiam aliquando reperitur personale: vt Therentius. quid ille fecit quẽ neq pudet quieq neq metuit quemq̃. Et idem. Hei michi non te hec pudet, reperitur enã cum datiuo: vt pudet michi certare.

Et quandoq pudet cum persona reperitur
Ei michi non hec te pudet exemplum tibi fiat.
Inuenies etiam iunctum quandoq datiuo

De verbis impersonalibus.

Nonne tibi certare pudet sed raro videtur

¶ Piget ꝙq impsonale reperit. Therēti⁹. Ne plus min⁹ ve faxit qꝫ nos postea pigeat.

Personale piget posuit Therentius olim.

Nec faxit quod post pigeat nos plus ve minus ve

¶ Quomodo differūt pudet ⁊ piget: pudet ad dedecus refertur: piget ad dolorē simi. Therentius. Fratris me quidam pudet pigetq; .hoc est verecondor ⁊ doleo.

Est pudet ad dedecus signatq; piget dolere.

¶ De impersonalibus quinti ordinis.

Que sunt verba quinti ordinis: que si infinituis vel dor impersonalium iungunt impersonalia sunt: vt incipit me penitere laboris mei. Si vero infinituis ꝓbor̄ personaliū iungunt personalia sunt: vt mores tui incipiunt michi placere.

Incipit et debet ⁊ desinit et solet ista.

Quo quintus habet impersonalia suntq;

Si iungatur eis modus infinitus eorum

Que sine persona verborum sunt tibi dicta.

Sin personalis infinitus modus apte

Jungatur verbi tunc personalia constant.

¶ Possunt enam esse impersonalia supradicta verba quando absolute hoc est cū solo infinitus iunguntur: vt soler diucscere incipit aduesperascere.

Impersonantur tibi supradictaq; verba

Infinit[illegible] si bis coniungere solis

Incip[illegible]re: solet ⁊ lucescere dicas.

¶ De modis infinitus.

Infinit[illegible] sonaliū si quem casum exigunt ante se dūtaxat accu= sarunth[illegible] sit casum suorum verborum: vt cupio te frui felicitate. Infinita tamen [illegible] ante et post casus suorum verborum exigūt vt leto⁊ te oportere nosse[illegible] te non penitere viciorum.

Quartum [illegible] modus infinitus habere

Casum: sed p[illegible] verborum quisq; suorum

Ut cupio fratrem christo [illegible]q; placere

Infinita tamen impersonalia p[illegible]scunt

Casum verborum post se p[illegible] suorum

Mitor tantorum te non tedere laborum.

¶ Notandum est quod infinitus presentis temporis et preteriti imperfecti temporis tam personalium qꝫ impersonalium aliquando vnum duntaxat ante se hoc est casum sui verbi habent nec alicui verbo adherent. ⁊ tunc ponuntur pro preteritis imperfectis sui verbi sui modi indicatiui cuiuscumq; persone ⁊ viriusq; numeri. Unde Salustius. Milites romani perculsi timore insolito arma caperent: alii abdere pars territos confirmare: pro nos tedebat: illos pigebat. alios penitebat.

infinitus pro tempore sepe secundo

De figuris constructionis.

Indicatiuorum positus pars abdere sese
Scilicet abdebant sese dic dicere possum
Nos tedere bonosqz pudere pios miserere
Pro nos tedebat miserebat siue pudebat.

Hec de verborum que sunt conscripta Perotto
Ordine multiplici carmina sufficiant.
Vos nunc grammatici laudem celebrare Perotti
Quo preceptore tot documenta patent.

Quid est figura constructionis: est vicium in contextu partium orationis cū ratione factū. Quot sūt figure cōstructiōis: octo. Synthesis. antiptosis. sylepsis. zeugma. prolepsis. euocatio. appositio: synecdoche.

Octo structure sunt schemata siue figure
Synthesis antiptosis sylleptis zeugma prolepsis
Euocat apponit octaua synecdoche fit

¶ Synthesis quid est: synthesis est cū pliqua pprietas hoc est verbū adiectiuū aut relatiuū vni subiecto attribuit aut pluribus copulatio nō grata vocis sed significati sub diuerso genere aut nūero: vt truste lupus stabulis pcnclite tuis ipse. Pars hominū validi turres ⁊ menia scandunt. Scipio ⁊ Libellus: aduersantur.

Et genus ⁊ numerum substantiuo variatum
Synthesis excusat verbum quoqz [illegible]
Diuersum numero plebs clamant [illegible]

¶ Antiptosis quid est: casus p casu positus sermonem [illegible] est mens. Virgilius in. i. eneidos. Urbem quem statuo vestra est. [illegible] prologo. Populo vt placerent quas fecissent fabulas pro fabule.

Casum pro casu ponens facis [illegible]
Urbem quam statuo vestra est [illegible] scripsit

¶ Syllepsis siue zeptio qñ est: cū dignius cōcipit minus [illegible] aut tribus modis gñe: nūero ⁊ psona. Genere qñ masculinū cōcipit femininū ⁊ neutrū: vt Jesus ⁊ maria sunt sancti. aut qñ femininū cōcipit neutrū: vt Lucanus. Per vim sūt leges ⁊ plebiscita coacte. Katherina ⁊ mācipiū sunt sane. Vestis ⁊ aurum sunt precioſe.

Femineum neutrumqz genus primum trahit ad se
Concipit et medium neutrum Lucanus vt auctor
Per vim sunt leges et plebiscita coacte

¶ In nūero qualiter fit syllepsis siue zeptio qñ pluralis concipit singularem: vt discipuli ⁊ preceptor legunt. Rex ⁊ milites pugnant.

In numeris semper singularem concipit apte
Pluralis seu precedens sit siue sequatur

¶ In persona quomodo fit syllepsis: quando prima persona concipit secundam: aut quando secunda concipit tertiam: vt ego ⁊ tu legimus: tu ⁊ tile

Syllepsis fit personis cum prima secundam
Concipit aut ternam vel eam personas secunda

¶ Potest etiã fieri cõceptio per hanc prepositionem cum posita loco copulatiue cõiunctionis nam idem est dicere. discipuli cum preceptore legũt ac si dixeris discipuli ꝙ preceptor legunt. vnde Virg. in. ij. eneid. Diuellimur inde vphitus ꝙ pelias mecum. i. ꝙ ego sed tunc est indirecta: dignior enim persona concipitur.

Concipitur casus sextus cum prepositio cum
Ut frater mecum Romam transibimus at tunc
Indirecta tibi fiet conceptio talis
Namq; minus digno dignum magis concipietur

¶ Quid est zeugma: est reductio vnius verbi ad diuersas clausulas vel ad diuersa copulata ꝙ q verbũ pcordet cũ vno. Fit aũt zeugma in tribus accidẽtibus scz gñe nũero ꝙ persona. pona vt lego ego ꝙ tu gñe: vt milites ꝙ Therẽtia mesta sedet: nũero vt discipuli legũt ꝙ preceptor. persona ꝙ numero simul: vt hebrei sunt ꝙ ego.

Zeugma fit in verbo cum plurima clauseris vno
Cum tamen id vno conueniet vt illius arma
Et currus fuit hic Maro de iunone locutus

¶ Notãdũ q triplex est zeugma: a superiori hoc est verbũ qñ preponit: vt lego ego ꝙ tu: a medio qñ verbũ interponit: vt ego lego ꝙ tu. ad inferiora qñ verbũ postponit: vt ego et tu legis licet rõm perfectum legimus potius sit dicendum.

Zeugma triplex verbum facit varie situatum
Si fi[illegible] medio ve loco simul imo.

¶ Prol[illegible] est que presumptio latius dꝫ: est ea in tres species diuisio vnius ppietatis hoc [illegible] ai qua sors accipiat ꝙ totorũ ꝙ ptes in eodẽ casu ponũtur: vt nos [illegible] ne ꝙ tu male. [illegible] po a pribus incipiat hoc est si verbũ pribus apponat [illegible] erit ꝙ precedet: ptes sequetur ꝙ verbũ interponet: vt aquillas alteri volas [illegible] ab accidente. Versus.

Toti diu[illegible]tes sito prolepsis
Unum si[illegible]erbum veluti mulierum
Ista flet illa gemat tot[illegible] partes quoq; recto
Ponere sic possis dicen[illegible]et mulieres
Hec flens illa gemens [illegible] ceteros ita casus

¶ Nota duplicẽ esse plepsim explicitã ꝙ implicitã. explicita est in qua exprimunt ẽq; ad eũ requisita scz totũ: partes: distributi[illegible] oppositas: hoc est verbũ: ꝙ ordo. i. positio ipsius verbi aut cũ toto aut inter partes [illegible]licita est in qua nõ exprimuntur ẽq; ad eũ requisita: vt vos amatis alter alterũ. Salutñ. Cepere se qsq; magis extollere. ꝛ.

Explicitam simul implicitam dic esse prolepsim
Tunc erit explicita si sint hec quinq; reposita
Uerbum participio totum partes simul ordo
Implicitam dicis hec vbi non reperis.

¶ Vocatio quid est: est [illegible]ata reductio tertie persone ad summum vel ad [illegible] vt ego Cicero famulus: voce rogam[illegible] [illegible]perio vestro. In vocatione [illegible]

tuor requirūtur. persona euocans prima vel secunda persona euocata hoc est tertia. remotio copule. ⁊ verbū cōcordans cum persona euocante.

Personam prima ternam vocat atq; secunda
Rex go bella geram dum tu presul rogitabis.

¶ Appositio q̄d est duor subst̄ātiuor immediata pūctio quor alter declarat alter vt aial hō to quik. Virg. in. i. eneid. Miratur molē Eneas magalia quōdā. Idem quoq; sexto eneid. Primus ille procor troiana gloria gentis. Requirūtur in appositiōe duo subst̄ātiua in eodē casu ⁊ qō magis cōmune est fere semp precedet. Num licet dicere. Hector vir fortis. Equus aial velor. Verbū quoq; relatiuū ac adiectiuū sequēs magis cōmuni p̄formabit. Fit aūt appositio trib⁹ de causis. primo causa restrigēde ghalitatis vt aial canis latrat. secō causa remouēde equiuocatiōis. vt Leo signū ardet. tertio causa attribuende p̄prietatis: vt Virgilius poeta summus.

Substantiua duo casu coniungis eodem:
Appositum faciens nec copula sit tamen vlla
Cōmunicq magis conformes proprietatem

¶ Synecdoche quid est cum toti tribuitur proprietas partis: vt homo albus dentes. Eneas os humerosq; deo similis. doleo caput. requrūtur in synecdoche tria. videlicet totum: proprietas ⁊ pars in accusatiuo posita. Indirecta synecdoche fit quando pars non est de essentia totius: vt apud Virg. in. ij. eneid. hostis habet muros. p hostes. hāc Cicero intellectionem appellat. Unde versus.

Cum partis toti tribuatur proprietas tunc
Synec(esto)doche talum quartumq; petit pars
Ut fractus brachium doleo caput amputor aurem

¶ Finiunt figure constructionis.

Ominatiuo vnus vna vnū: genitiuo vnius [illegible] ōbō vnīs vnābus vnīs: vctō vnē vnā vnū: ablātō vno vna vno: gtō vnorū vnarū vnorū: dtō vnis: actō vnos vnas vnū: vctō vnī vnē vna: ablātō vnis. Hoc nomē vnus a [illegible] ere nūerū plurālē. hoc est qñ nūgitur nomini carēti [illegible] ro. vt scripsi. vnas ires: habeo vnā arma. ⁊c. [illegible] ntō duo due duo: gtō duor duar duor vel duūm: dtō [illegible] duabus duobus: actō duos duas duo: vctō duo due duo: ablātō duob⁹ duab⁹ duobus

¶ In plurali nūero notatiuo hīj ⁊ hee tres ⁊ hec tria. gtō horū harū horū trium: dtō his tribus: actō hos ⁊ has tres vel tris et hec tria. vctō o tres ⁊ o tria: ablātō ab his tribus. Ab hoc nomine tres vsq; ad centum omnia sunt indeclinabilia. Unde versus.

A tribus ad centum numeralia per documentum
Sunt omnis generis plurālia nec variabis

¶ In plurali nūero ntō hīj ⁊ hee ⁊ hec quattuor indeclinabile. ⁊ sic q̄nq; sex septē octo nouē decē vndecim duodecim tredecim quattuordecē quindecim sedecem vel sexdecē decem ⁊ septēdecem et octo vel duo de viginti: decē ⁊ nouem vel vndeuigeni: viginti.

¶ Notādū ē q̄ ante cētū si sit copulatio interposita minor nūer⁹ sp interponit: vt apud Laurētū vallā. Octauū eñ ⁊ nonagesimū p̄pleuit animū. sin nō intermedia copulatio postponit: vt viginti vnus vel vnus ⁊ viginti. duo vel duo ⁊ viginti. tres ⁊ viginti. quattuor ⁊ viginti. quinq; ⁊ viginti. sex ⁊ viginti. septē ⁊ viginti. octo ⁊ viginti. vel duo de triginta. nouē ⁊ viginti vel vñ triginta. Triginta vnus ⁊ triginta. duo. ⁊c. Quadraginta. Quinquaginta. Seraginta. Septuaginta. Octoginta. Nonaginta. Cētū cētū ⁊ vn vel vnus supra cētū. cētū ⁊ duo vel duo supra cētū. cētū ⁊ decē vel decē supra cētū. Ducēti ducēte ducēta. Tricēti tricē[illegible] [illegible]adringinti q̄dringinte qua[illegible]